Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ne

uentem sicut fecimus cunctis diebus terre
sementis et messis. frigus et estus. es
tas et hiemps. nox et dies non requie
scent. CIX

Benedixitque ds noe et filiis eius
et dixit ad eos. Crescite et
multiplicamini et replete
terram. terror vestr ac tremor sit su
per cuncta animalia terre et super om
ne volucres celi. cum universis que
mouentur in terra. Omnes pisces
maris manui vestre tradi sunt. Sed om
ne qd mouetur et viuit erit vobis
in cibum. Quasi holera virentia ten
didi vobis omnia. excepto qd carnem
cum sanguine non comedetis. San
guinem enim animarum vestrarum
requiram de manu cunctarum bestia
rum. et de manu hominis. De ma
nu viri et de manu fratris eius requi
ram animam hominis. Quicum
que effuderit humanum sanguinem
fundetur sanguis eius. Ad ymag
inem quippe dei factus est homo.
Vos autem crescite et multiplica
mini. et ingredimini super terram. et
implete eam. Hec quoque dixit ds
ad noe et ad filios eius cum eo. Ec
ce ego statuam pactum meum vo
biscum. et cum semine vestro post vos.
et ad omnem animam viuentem.
que est vobiscum tam in volucribus
quam in iumentis et pecudibus terre.
cunctisque que egressa sunt de ar
ca. et universis bestiis terre. Sta
tuam pactum meum vobiscum.
et nequaquam ultra interficietur
omnis caro aquis diluvii. neque
erit deinceps diluvium dissipans
terram. Dixitque ds. Hoc signum
federis quod do inter me et vos. et
ad omnem animam viuentem que
est vobiscum. in generationes sem
piternas. Arcum ponam in nubi meu
bus. erit signum federis inter me et
inter terram. Cumque obduxero nu
bibus celum. apparebit arcus meus
in nubibus. et recordabor federis mei
quod pepigi vobiscum et cum om
ni anima viuente que carnem vi
get. et non erunt ultra aque dilu
vii ad delendam universam carnem.
Eritque arcus meus in nubibus. et vi
debo illum. et recordabor federis mei
sempiterni. qd pactum est inter deum
et hominem et inter omnem ani
mam viuentem universe carnis
que est super terram. Dixitque ds noe.
Hoc erit signum federis qd constitui
inter me et inter omnem carnem
super terram. Erant igitur filii noe
qui egressi sunt de archa. sem. cham.
et iafeth. Porro cham ipse est pater
chanaan. Tres isti sunt filii noe. et
ab his disseminatum est omne ho
minum genus super universam ter
ram. Cepitque noe vir agricola exer
cere terram. et plantauit vineam.
bibensque vinum inebriatus est et
nudatus est in tabernaculo est
suo. Quod cum vidisset cham pa
chanaan verenda patris sui
esse nudata nunciauit duobus fratri
bus suis foras. At vero sem et iafeth
pallium imposuerunt humeris suis.
et incedentes retrorsum operuerunt
verenda patris sui faciesque eorum
auersserant. et patris sui vrilia
non viderunt. Evigilans autem noe
a vino. cum didicisset que fecerat
ei filius suus minor. ait. Maledic
tus chanaan. seruus seruorum erit